

Theophili Ehrhart, utrius medicinae doctoris ... tractatus de asphyxia neophytorum.

Contributors

Ehrhart, Gottlieb von, 1763-1826.
Merriman, Samuel, 1771-1852
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Memmingae : Apud Andraeam Seyler, 1789.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/acusdag3>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

(M.)
THEOPHILI EHRHART,


UTRIUS MEDICINÆ DOCTORIS, LIBERÆ S. R. I.
CIVITATIS MEMMINGENSIS PHYSICI EXTRAORDI-
NARIJ, ET OBSTETRICATORIS JURATI.

TRACTATUS

DE

ASPHYXIA

NEOPHYTORUM.



MEMMINGÆ,
APUD ANDRÆAM SEYLER.

MDCCLXXXIX.

*Periere multi partu, Et indies necem
Nimum imperita arcessit haud paucis manus,
Lucina queis non favit auxilii sciens.*

PROOEMIUM.


Ex innumera fere rerum artem salutarem spectantium maximi momenti multitudine selegi gravissimi argumenti doctrinam de Asphyxia Neophytorum. Neophytorum scimus dimidiam partem, si non plus, mori intra tres primas hebdomadas, plures horum statim post partum, plurimos sub partu, partim ex neglecta, partim in scia, partim nimis sero suspenſa arte. Inprimis vero in refocillandis neophytis debilibus, & asphycticis multa committuntur vitia, quibus vitæ adhuc suffocatur scintilla; indiscriminatim adhibentur remedia, suis sub conditionibus perquam efficacia; negliguntur in vitam revocati infantes, vel saltim non tanta, quæ exigitur, debilibus hisce impenditur cura, modo ars obstetricia peccat vario, partim longius expectando, partim perperam agendo, & causa sæpe asphyxiæ neophytorum evadit; cura gravidarum, quæ

PROOEMIUM.

ultimis cum primis mensibus maxima fit, oportet, vilipenditur ¹⁾). Centena inde in inclusum adhuc in utero foetum ruunt mala, quæ tandem in illum degenerant statum, quem asphycticum appellant; accedit, quod Politicis demonstratum fit: civium numero regna consistere. — Facile ergo adparet, quanti sit momenti, paulo accuratius inquirere, quid sit asphyxia? imprimis vero ea neophytorum? quæ sint ejus causæ? quomodo præcaveri possint? qualia diversæ exigant indicationes auxilia? discernere a nocentibus juvantia, idoneamque excitatis infantibus statuere curam.

Quæ in hoc tractatu manca adhuc & imperfecta sunt, tempus emendabit ad ulteriorem rei gravis indagacionem necessarium.

1) Cl. *Ant. Mart. Seydel* Diss. de prophylaxi gravidarum. Vien. 1782.



De
ASPHYXIA NEOPHYTORUM.

CAP. I.

De Asphyxia in genere.

§. I.

Asphyxia is medius vitam inter & mortem dicitur status, ubi omnium motuum & sensuum appa-rens cessatio adest, mortem fere referens. Summus adest virium languor ²⁾, pulsus, omnes motus vita-les plane in hoc statu quiescere videntur; ast, revera non quiescunt, adest solummodo summa functionum vitalium imminutio ³⁾, nostros fugiens sensus; nam functiones vitales plane deletæ, quæ nunquam in vi-tam revocari possunt, ipsam constituunt mortem.

§. II.

Distinguitur ergo status asphycticus a mortuo, quod in priori adhuc scintilla quædam restet vitalis, vel, quod functiones vitales non, nisi minutissimæ existant, quæ vero excitari, & in pristinam redigi possunt

2) *Vogel Prælect. de cognosc. & curand. c. h. affectibus. Lausan. 1780. §. 602. p. 187.*

3) *De Sauvages Nosologie methodique augmentée par M. Nicolas. à Par. 1771. T. II. p. 147. Journal de Med. 1758. M. Nov. Fothergill philos. trans. nr. 475. art. XI. &c.*

possunt perfectionem. In posteriori vero cunctarum functionum totalis adest cessatio ⁴⁾, absque ulla in integrum restitutionis spe.

§. III.

Asphyxia in diversas ⁵⁾ discerni potest classes: eam a. quæ suffocatione, apoplecticoque more, b. quæ singulari quadam principii vitalis perturbatione exoritur, c. quæ utraque conjuncta causa statum morti similem infert, d. ubi exinanitio accusanda ⁶⁾, e. symptomaticam, quæ morbos alios prægressos consequitur.

CAP. II.

De Asphyxia Neophytorum in specie, hujusque causa proxima.

§. IV.

Cum cordis deliquium causas inter proximiores immediatas asphyxiæ emineat, secundum Gaubium ⁷⁾; tot Asphyxiæ Neophytorum species enumerari possunt, ac causæ mediatae hoc in Neophytis producere valent.

§. V.

- 4) *Mar. Lancisii* de subitaneis mortibus, libr. II. ed. II. Lucæ 1707. Cap. III. p. 6.
- 5) *Cl. Hufeland* Diff. sistens usum vis electricæ in Asphyxia experientis illustratum. Goetting. 1783. §. XIII. p. 27.
- 6) *John Hunter* proposals for the recovery of people apparently drowned. Lond. 1776.
- 7) *Institut. Pathologiæ medicinalis*. Lips. 1781. §. 783. p. 436.
Cullen *Anfangsgr. der praktischen Arzneyw.* T. III. Leip. 1784.

§. V.

Ad duas vero potissimum classes reduci posse reliquas asphyxiæ neophytorum species, mihi quidem videtur. Etenim cordis deliquium, vel apoplexia & suffocatio, cum singulari quadam principii vitalis perturbatione, vel ingens prægressa exinanitio, seu aliud virium dispendium, corpus ita exhauriens, ut omni, quod vita requirit, robore fere destitutum corruat, producit.

§. VI.

Sub prima Classe intelligo statum illum apoplecticum⁸⁾, & suffocatorium, cum singulari quadam principii vitalis perturbatione junctum, quo a. sanguis rite per corpus distribui impeditur, in capite accumu-

1784. §. IIII2. p. 64. „Man wird, man mag den größten Theil der Erscheinungen von einer Seite ansehen, von welcher man nur will, finden, das es gar keinem Zweifel unterworfen ist, das die wahre Ursache dieser Krankheit in einer sehr schwachen Wirkung des Herzens besteht.“ Hunter l. c.

- 8) Cel. Baudeloque *Entbindungsk. übers. von Meckel. Leipz. 1782.* u. 83. T. I. p. 275. „Viele Kinder scheinen sich in einem ähnlichen Zustande, als wenn sie vom Schlagflusse gerührt worden wären, zu befinden.“ „Büttners vollständige Anweisung, wie durch anzustellende Befichtigungen ein verübter Kindermord auszumitteln sey &c. Königsb. 1771. Cel. Gefsner in *Entdeckungen der neuesten Zeit in der Arzneygelahrtheit. B. I. Noerdl. 1778.* dicit: „Wenn ein Kind in der langsamen Geburt erstickt, so sind die Aederchen an den Decken der Hirnschale voller Blut.“ Huc attinere videtur *Anæsthesia nascentium Junckeri tabula 138. nr. 2. de affectibus infantum.* „Hic morbus ab asphyxia differt colore rubro infantis, ejus calore, immo pulsu vasorum; procedit autem a labore partus difficilioris, pabuli interea defectu. & sæpius asphyxiæ speciem refert.“ *De Sauvages Nosol. method. T. II. P. II. p. 321.*

accumulatur, medulla oblongata seu origo nervorum comprimitur, inde influxus fluidi nervei in nervos sensorios & motorios intercipitur, & compressione crescente, actiones vitales fere penitus abolentur⁹⁾, quibus ad summum gradum imminutis, oritur — asphyxia¹⁰⁾, deletis — mors. b. Porro, cum primum fœtus nexus cum matre tollitur, necesse est, ut statim respirationis fungatur negotio, si vitam perfectam vivere velit; nam inhalationes illæ & excretiones ope respirationis evenientes tanti sunt momenti, ut vita sine his per longius temporis spatium cogitari nequeat¹¹⁾. Quæ vero sint hujus pabuli vitæ, in aëre atmospherico contenti, qualitates, determinare nec hujus loci, nec mei est. Probabile quibusdam videtur, absorberi partem aëris dephlogisticatam¹²⁾; aliis materiem electricam, ut Ill. Wrisberg¹³⁾, aliud aliis. c. Cor inter & pulmones, soluto a matre fœtu, tam arctum intercedit commercium, ut, si hi munere haud fungantur, & illud per longum tempus movere se nequeat. Mirabilem hancce sympathiam Hunterus¹⁴⁾ repetitis demonstravit experimentis in cane institutis.

§. VII.

9) *De Sauvages* l. c. T. II. p. 145.

10) *De Sauvages* l. c. p. 289. Ill. *Isenflamm*, in egregio libro: *Versuch einiger praktischen Anmerk. über die Muskeln*. Erl. 1778. p. 89. seq.

11) Cl. *Hufeland* l. c. §. XIV. nr. 11. p. 28.

12) Cel. *Priestley* experiments on different kind of air V. II.

13) *Halleri primæ linæ Physiol.* Goett. 1780. not. 60. 63. nr. 4. 79. 81. Bertholon de St. Lazare *Electricität aus medicinischen Gesichtspunkten betrachtet. Uebers. von. F. A. Weber*, Bern. 1781. p. 20. Cel. Metzger *Grundriss der Physiologie*. Königsb. 1783. §. 159.

14) l. c. *Zusätze zu Cruikshanks Anm. über die Clarische Methode*, das

§. VII.

Diagnostica hujus classis sunt signa: omnium motus & sensus functionum apparens abolitio, rubens tumensque facies, oculorum protuberantia, cutis maculis latis, coerulescentibus picta. Sæpe tamen paucillum calet corpus; sæpe arteriæ umbilicales pulsant, ut in Anæsthesia nascentium Junckeri, a Sauvagesio ad asphyxias relata.

§. VIII.

Secunda classis exinanitionem ¹⁵⁾, vel aliud virium dispendium præsupponit, quo sanguinis venosi in cordis cava influxus suspenditur, ipsa virtus cordis muscularis enervatur, motus ejus languet, vitaque demum, nisi succurras, aufugit ¹⁶⁾.

Hæc est Asphyxia illa, quæ sæpius in Neophytis observatur ¹⁷⁾, seque præ cæteris asphyxiæ signis facie totoque pallente, collapsa, frigido corpore prodit.

CAP. III.

De potentiis quibusdam nocentibus, asphyxiam neophytorum producentibus, ut speciebus.

§. IX.

Eo nunc mihi liceat ordine potentias hasce nocentes ut asphyxiæ species enarrare, ut primo harum mentionem faciam, quæ apoplectico more suffocando

das Queckfilber zur Heilung der venerischen Krankheiten zu gebrauchen, in Samml. auserlesener Abh. zum Gebrauche praktischer Aerzte. B. VI. St. IV. Leipz. 1781. p. 735.

15) Hunter l. c.

16) Gaubius l. c. §. 783. p. 437.

17) Cl. Hufeland l. c. §. XVIII. p. 32.

do & principium vitale perturbando agunt; dein, quæ exinanitione & naturalis ad vitam sustentandam necessarii roboris destructione asphyxiam producunt.

Ad priores spectant:

a. Asphyxia a funiculi umbilicalis compressione.

Arteriæ enim umbilicales, quo minus sanguini ad matrem redeunti transfluxum concedant, impediuntur; hinc sanguinem in partibus quibusdam, & cumprimis in capite oblitum ejus in canali uterino declivem compressionemque accumulari, influxum principii vitalis perturbari, cor delinqui sequitur. Quicquid ergo majori seu protractiori funiculi umbilicalis compressioni ansam præbet, simili modo noxium in fœtum exferere valet effectum.

Omnibus triplici modo fœtum nasci notum est, vel capite, vel clunibus, vel pedibus pronis. In primo casu, dum una cum capite, funiculus umbilici prævius est ¹⁸⁾; in altero, ubi circumcingit corpus ¹⁹⁾; inque tertio, ubi vario versionis ope modo, præsertim protracta capitis enucleatione, comprimitur idem funiculus, dum perversa inprimis ratione caput ultimo educitur. Cum vero compressionis funiculi umbilicalis protracta capitis posteriori enucleatione mentionem fecerim, eaque tanti sit momenti, liceat mihi annotare, quod hæc sit præcipua periculi vitæ, quod infans inversionis subit negotio, causa; si enim caput tarde, neque secundum rationales scientiæ obstetricariæ regulas evolvitur, aut ob impedimenta quædam, circumvolutionem e. gr. funiculi umbilicalis circa collum &c. non statim uno filo sequatur

18) Cel. Plenck *Anfangsgr. der Geburtsh.* Wien, 1786. p. 342. Cl. *Loschge* Diff. de medicina obstetricia agente & expectante. Erlang. 1780. p. XXXIX.

19) *Smellie Anatomical tables.* Edinb. 1780.

quatur corpus, non potest non, ut vita infantis in periculo hæreat ²⁰). Præterea manu imperita jam sub versione vel repositione infantis ante productum corpus, dum pedes quæruntur, premitur funiculus umbilici, cumprimis, si prævius, aut alio modo circumvolutus fuerit.

Huc & attinet partus protractus cum forti contractione uteri junctus, quem tam diserte exposuit Cel. Baudeloque ²¹), ut ipsissimis ejus uti liceat verbis: „*Wenn die Wirksamkeit der Gebärmutter noch stärker wird, so schränken sich ihre Wirkungen nicht mehr auf die Zusammendrückung der Zellen des Mutterkuchens, und auf andere Folgen ein. Der Druck, den dieser Körper auszustehen hat, erstreckt sich auch bis zu dem Adergeflechte, das sich auf seiner innern Oberfläche befindet, und sogar bis zur Nabelschnur. Hierdurch wird der Blutumlauf in derselben schwerer, und hört in der Folge ganz und gar auf. Daher kommts, dass Kinder nach langen und schweren Geburten mit einem aufgeschwollenen blaulichten Gesichte, mit Blutergießungen in die innern und äussern Theile der Hirnschale gebohren werden, dass sie sich in einem dem Schlagflusse ähnlichen Zustand, welcher dem Tod sehr nahe kömmt, befinden, und oftmals schon todt sind.*“

§. X.

b. *Asphyxia a collo prævio & incurvato.*

Etenim tensio hæc retardat circulationem sanguinis

20) Roederer Elem. art. obst. Goett. 1763. §. 236. β) p. III. Cel. Plenk l. c. p. 249. „*Das Kind steht unter der Wendung, wegen der Compression der Nabelschnur, allezeit in Lebensgefahr.*“ Ill. Stein in classico libro, *Praktische Anleitung zur Geburtsh.* Cass. 1783. §. 181. p. 58. Ej. Progr. de præstantia forcipis ad servandam foetus in p. d. vitam. Cass. 1781. §. X. p. 16.

21) l. c. T. I. p. 184.

guinis e capite refluentis ²²⁾, & pressio expansioque medullæ spinalis noxium habet in vitam fœtus influxum ²³⁾.

§. XI.

c. *Asphyxia ex constrictione colli infantis.*

Venæ jugulares comprimuntur vel obvolutione funiculi umbilicalis ²⁴⁾ circa collum infantis, vel orificii uterini spasmodica constrictione capite pro-
no ²⁵⁾, seu postero ²⁶⁾, vel spasmo vaginæ capite postero ²⁷⁾.

§. XII.

d. *Asphyxia ex situ uteri simulque capitis summe obliquo, ejusque correctionibus.*

Tristis quotidiana docet experientia, quantum vita fœtus in summo hoc obliquitatis gradu periclitetur, qui secundum *Levret & Saxtorph* ²⁸⁾ plerumque a morbosa dependet placentæ irradicatione; contractio-

22) Ill. *Wrisberg* in solidissimis in scientiam obstetr. prælectionibus.

23) *Roederer* Elem. art. obst. Goett. 1766. §. 389. γ

Cel. *Ploucquet* *Abh. über die gewaltsamen Todesarten &c.* Tüb. p. 140. nr. 7.

24) *Freyer* Diff. de partu difficili propter funem umbilici collum stringentem. Hall. 1765.

Cel. *Ploucquet* l. c. p. 137.

25) Cel. *Ploucquet* l. c. §. 138. nr. 3. p. 136. Ill. *Stein* theor. Anleit. zur Geaurtsh. Cass. 1783. §. 507. p. 157.

26) *Perill. Delius, Beobacht. und Untersuchungen, welche das Geschäfte der Erzeugung und die Geburtsh. betreffen.* Nürnberg. 1767. p. 68.

27) Cel. *Plenk* l. c. p. 158.

28) *Collect. Hann.* Vol. II.

tractiones uteri vix non possunt esse inæquales, caput fœtus secundum axin pelvis haud dirigitur, oriuntur exhinc ex pressione capitis fœtus versus partem pelvis intropressiones caluariae, symptomataque cerebri compressi. Axioma est: mitiora remedia præferenda fortioribus; nec posteriora, nisi prius tentatis prioribus, esse adhibenda. Hinc mitior, & quam vocant, imperfecta obliquitas sæpe situ parturientis adæquato, manu & veste *Roonhuysii* emendatur; verum enimvero summum obliquitatis gradum corrigere velle, valde esset noxium, has encheireses enim incertas, insufficientes, & noxias fore prævidemus. E contrario tempus teritur sæpissime soli versioni destinatum, præcipue noxiis uteri orificium corrigendo tentaminibus, quo intempestivæ exoriuntur uteri contractiones, inflammationes orificii vehementes, ipsius orificii vidit disruptiones *Cel. Saxtorph* ²⁹⁾, quin, ut supra jam memini, hac ratione excitatis vehementioribus & inæqualibus uteri contractionibus eo fortius ad pelvis ossa premitur fœtus caput, vita periclitatur, omniaque in pejus ruunt.

§. XIII.

e. *Asphyxia e transverso capitis situ.*

Caput enim in hoc situ formam coni assumere nequit, nec, etsi rarissime eveniat ³⁰⁾, validissimis doloribus primum detrudi potest, immobilisque hæret adpresso ad ossa pelvis trunco, cum inevitabili infantis detrimento.

§. XIV.

29) *Collect. Havn.* Vol. II. p. 134.

30) *Car. Ludw. Guil. Reufs* de partu diffic. ex facie prævia, fronte laterali, fœtus. Arg. 1777.

§. XIV.

f. *Asphyxia ex intropressione calvariaë fœtus a vitiis pelvis, exostosis &c.* ³¹).

Depressionem cranii in infantibus propter spongiosam & molliorem texturam calvariaë possibilem esse, experientia docet; cumque semper cranii cavum cerebro & in infantibus fere sit plenum, & mutata ejus figura per intropressionem calvariaë capacitas ejus minuatur, patet, necessario & ejus contenta comprimi debere, unde symptomata cerebri compressi ³²).

§. XV.

g. *Asphyxia ex pelvis angustia nimiaque ejusdem profunditate.*

Ipsam pelvis angustiam ³³) fœtus transitui valde periculosam esse, quis est, qui nesciat? Verum non modo levior pelvis angustiaë gradus, sed & profunditas ejus nimia, quæ lentum efficit partum ³⁴), noxium huncce exferere valet effectum.

§. XVI.

31) *Dan. Fr. Chiffart* Diss. de difficultate pariendi ex mala conformatione pelvis. Hal. 1756.

Deitsch Diss. de usu cultrorum atque uncinorum scindentium eximio in partu p. n. Suobaci 1759.

Thierri de partu diffic. a mala conformatione pelvis. Arg. 1760.

Joh. Gott. Hermann Diss. de osteosteatomatibus. Lips. 1767.

Cel. Plenck l. c. p. 140.

32) *Cl. Haselberg* Diss. de capitis læsionibus trepanationem exigentibus. Goett. 1785. §. VIII. & IX. p. 9.

33) *Cel. Ploucquet* l. c. nr. 4. p. 138.

34) *Ill. Wrisberg* in Prælect.

§. XVI.

h. *Asphyxia ex præpostero forcipis usu.*

Exoritur scilicet, dum caput modo incongruo, in interrupto labore, & per longius temporis intervallum, ad plus quam quartam pollicis partem ³⁵⁾ comprimitur, quo fit, ut cranium coarctetur, ejus contenta premantur, quin intropressiones calvariæ orientur. Levis vero, æqualis, indicationibusque accommodata capitis per forcipem compressio minime nocet; ipsa enim natura in partu naturali facili æque ac difficili hoc adhibet auxilium absque ulla in fœtus vitam redundante noxa ³⁶⁾.

§. XVII.

i. *Asphyxia ex nimia capitis mole* ³⁷⁾.

Paragomphoseos nomine id vitium venit, cujus tres ab auctoribus ³⁸⁾ assumuntur gradus. Primum natura absolvit bono sæpe cum eventu ³⁹⁾; alterum cum malis in ejus vitam sequelis ⁴⁰⁾; tertium semper cum ejus interitu.

§. XVIII.

k. *Asphyxia ex deligatione funiculi umbilicalis nimis præcoci.*

In grave ii incurrunt vitium, qui indiscriminatim, fœtu utero excluso, funiculum statim deligant

35) Ill. Stein *kurze Beschreibung eines Pelvimeters* p. 9.

36) Ill. Stein *Progr. de præstantia forcipis &c.*

37) Chemnitzius *Diff. de sanguinis missione infantibus neonatis debilibus & noxia & salutari.* Giess. 1766. §. XII. p. 10.

38) Roederer l. c. §. 420. seq.

Ill. Stein *præct. Anl.* §. 529. seq.

39) Roederer l. c. §. 425.

40) Cl. Lofschg l. c. p. 33.

ligant umbilici; dantur enim casus, in quibus talis sanguinis ex arteriis & vena funis umbilici effluxus maximi est momenti. In partu nempe protracto, capite per longum temporis intervallum in minore hærente pelvis cavitate, sæpe fit, ut infans tumente rubenteque facie in lucem prodeat, quin dantur recens nati robustiores, plethorici, quibus hæc optime conducit arteriotomia. Quam perperam ergo illi, qui hunc sanguinis effluxum cohibent, agant, abunde patet, præcipue, si, infante non statim vitæ suæ signa præbente, eum excitantibus in vitam revocare tentant. Consentit mecum Cel. *Aepli*, vir mea laude longe major, in litteris ad me datis; edoctus experientia loquitur: „*Man unterbindet sogleich, und ohne Unterschied die Nabelschnur, eine Sache, die schon viele Kinder aus dem scheinbaren Tod in den wirklichen befördert, und alle andere vorgenommene Kunstgriffe mit Erwärmen, Baden, Reiben, Streichen, Anspritzen, LuSTEINblasen, Klystieren, u. s. w. vereitelt hat* ⁴¹).“

§. XIX.

1. *Asphyxia a mucò in faucibus infantum hærente.*

Mucus infantum, præsertim post partum difficilem præternaturaliter in faucibus hærens, vias aëri intransanti obturando, hinc respirationis negotium impediendo, eo magis suffocationem promovet, ac sub ipsa jam partus difficultate organa ipsa majorem producunt mucii secretionem, a quo non ipsi raro infantes suffocantur ⁴²). Huic similem causam recenset

Roede-

41) Cel. *Baudeloque* l. c. T. I. p. 185.

42) Ill. *Wrisberg* Progr. de respiratione prima, nervo phrenico & calore animali. Goett. 1763. p. 7.

Haller Elem. Physiol. T. III. p. 225.

Cel. *Ploucquet* l. c. p. 150.

Roederer 43) & *Ploucquet* 44); *Lancisi* 45) quoque observatio quodammodo huc referenda est, quæ omnem attentionem meretur. Nimirum probabile est, quod pulmones ad aëris, utut irritantis corporis, contactum, iis inconsuetum, interdum convulsivè constringantur, sicque aëri intranti aditum occludant.

§. XX.

m. *Asphyxia ab aëre impuro.*

Vix vagina exclusus infans, qui l. ad partum ipsum jam morbos adtulit, l. sub partu plura passus est, tam multis gravissimisque subiicitur mutationibus, ut & minimas ægre ferat injurias. Venit in aërem tam sanorum, quam sæpe hominum ægrotantium &c. exhalationibus valde mephiticum factum; novimus autem talem aërem mephiticum, phlogisticatum, respirationi, ne dicam primæ, valde obesse 46). Videmus, quam noxia & sub hoc respectu (alios lubenter prætereo) sit illa muliercularum circa parturientem congregatio, præsertim in pagis, ubi cubicula ob angustiam, calorem, sorditiem aëre particulis valde mephiticis inquinato sensorioque communi inimicis scatent.

§. XXI.

43) l. c. §. 389. v. & in fatura de suffocatis. Goett. 1754. p. 33.

44) l. c. p. 140. nr. 8. „Wenn das Wasser im Schaofhäutchen in die Luftröhre und Lungen des Kindes dringt, indem es das erste oder zweitemal Athem holen will, so wird es an dem fernern Athmen gehindert werden, und also sterben.“

45) l. c. p. 17. C. IX. „Si aspera arteria ejusque bronchia obstructa, convulsa sunt, citissime ac penitus iter aëri per pulmones intercludunt.“ *Cigna* in Miscell. Taurinens. V. IV. p. 31.

46) *De Haen* rat. med. T. XIII. §. IV. p. 32. seq.

§. XXI.

Ad alteram asphyxiæ classẽ constituendam prægressa requiritur exinanitio, vel aliud virium dispendium ⁴⁷⁾, corpus ita exhauriens, ut omni, quod vita requirit, robore fere destitutum corruat. Hanc vero spectant sequentes potentiæ nocentes, ut asphyxiæ species.

a. *Asphyxia ex venæsectione matris per graviditatis periodum sæpius & absque indicatione repetita* ⁴⁸⁾.

Multa sane in gravidas, nostris adhuc temporibus repetita per graviditatis periodum, & sine ratione sufficiente instituta venæ sectione peccantur, quam ut plurimum constitutiones corporis humani hodiernæ minus admittunt; rarius enim illud invenitur corporum robur, fibrarumque elasticitas; plures abortus eveniunt ex venæsectione commissa, quam omissa ⁴⁹⁾. Quanta in fœtum exinde redundant mala, abunde patet.

§. XXII.

47) Huc pertinet *asphyxia ex defatigatione in parvulis Cangiamilæ in Ei.* Embryologia sacra &c. Mon. & Ingolst. 1764. 4. p. 341.

48) Nov. act. nat. curios. Norimb. 4. T. I. p. 80.

Cel. Ploucquet l. c. p. 179. §. 5.

Cl. Seydel l. c. p. 12.

49) White *von der Behandlung der Schwangeren und Klndbetterinnen. Aus dem Engl.* Leipz. 1775. p. 56. *Ich habe viel zärtliche und schwächliche Frauenspersonen gekannt, die dabey einen sehr schlechten Appetit hatten, welche, wenn sie in der Schwangerschaft zur Ader ließen, niemals ein Kind völlig austrugen; hingegen aber, wenn solches nicht geschah, allemal gesunde Kinder gebahrten.*

§. XXII.

b. *Asphyxia ex hæmorrhagia uteri* ⁵⁰⁾.

Ad gravissima gravidis æque ac parturientibus supervenientia symptomata omnino pertinent hæmorrhagiæ illæ uterinæ, non solum matri, sed & sæpenumero mortem infanti minantes; quibus adnumerari potest hæmorrhagia ex funiculi portione placentali in gemellorum partu, dum ambo infantes una communi utuntur placenta, cujus vasa, uti quandoque accidit, verarum anastomosium ope inter se nectuntur ⁵¹⁾.

§. XXIII.

c. *Asphyxia a funiculo, resitante adhuc in utero fœtu, rupto* ⁵²⁾.d. *Asphyxia ex matris ira, terrore inopinato, vehementi* ⁵³⁾.

Res omnino est quam maxime dubia atque incerta, an animi affectiones matris similes infanti producant morbos, cum anatome huc usque nullum
tam

50) *Roederer* elem. §. 390. a)*Chemnitzius* l. c. §. VII. p. 7.*Cel. Ploucquet* l. c. p. 139.51) *Ill. Reufs* novæ quædam observationes circa structuram vasorum placenta humana & peculiarem hujus cum utero nexum. Tub. 1784. p. 23.52) *Langguth* Diss. de nutritione fœtus per solum umbilicum. Witteb. 1751.*Chemnitzius* l. c. §. IX. p. 9.*Cl. John* Diss. de diagnosi vitæ fœtus & neogeniti p. 23.53) *Roederer* l. c. p. 168. §. 390. nr. β.

tam arctum inter utrosque detexerit commercium; quare & ego meum suspendo de hac re iudicium, solummodo unam ut afferam observationem mihi liceat. Scilicet *Sommerus* ⁵⁴⁾ recenset historiam, ubi mater sexto mense prægnans, gravissimo terrore perculsa omnibus viribus destituebatur, & omnis fœtus motus per 24 dies disparebat, ut inter propriarum virium extremam jacturam de vita fœtus actum esse mater indubie crederet. Interim continua analepti-
corum interna & externa applicatione, post tres septimanas fœtus tremore quodam intercalari animulam superesse adhuc docebat, & semper cum matris anxio dolore post hæc successive veri fœtus motus redibant.

§. XXIV.

e. *Asphyxia ex convulsione gravidæ vel parturientis* ⁵⁵⁾.

f. *Asphyxia ex morboſo matris habitu, fœtum alimento privante* ⁵⁶⁾.

g. *Asphyxia ob matris mortem.*

h. *Asphyxia a nodis in funiculo umbilici* ⁵⁷⁾.

Novimus nimirum fœtui, velamentis adhuc incluso, per placentam, mediante funiculo umbilicali,
vitæ

54) *Miscell. nat. curios.* Dec. II. A. x. obs. 81.

55) *De la Motte traité des accouchemens cet. à la Haye.* 1726. libr. 3. cap. 12. obs. 217. 218.

Cl. *Loſchge* l. c. p. 31.

56) *Roederer* l. c. §. 390. nr. 4.

Chemnitzius l. c. §. IV. V. p. 5. ff.

57) *Cel. Saxtorph* in *Coll. Havn.* V. I. p. 9. de funiculis umbilicibus infantum vivorum nodose complicatis.

Cel. Starks Hebammenunterricht. Jen. 1782. p. 42.

vitæ quoddam pabulum afferri, cum adhuc respirationis beneficio orbatus sit, hinc placentam recte fœtus pulmonem dici posse; ubi vero hujus in fœtum influxus intercipitur, omnes sensim labefiunt functiones sensimque, & mors tandem sequi vix non potest ⁵⁸⁾.

i. *Asphyxia ob fœtum ante terminum a natura stabilitum utero exclusum* ⁵⁹⁾.

Plures allegari possent species; dictæ vero sufficient.

CAP. IV.

De signis diagnosticis asphyxiæ, usque mortis.

§. XXV.

Diagnosîs asphyxiæ non tam facilis est, si certæ postulas signa; nam status asphycticus veram mortis sistit imaginem. Cur vero hoc adeo absconditum morbi genus ⁶⁰⁾ tam difficulter detegatur, en! quæ sunt *Lancisi* ⁶¹⁾ verba rem præclare exprimentia: „Difficultas noscendi illos, qui, etiamsi mortui nondum sint, mortui tamen adparent, exinde oritur, quod motus alternus aëris, sanguinis, & succi nervorum per organa majoris usus nostros aliquando sensus prope fugit, ut fere soli naturæ innotescat. Vicissitudo namque motionis pectoris, docente potissimum *Galeno*, tam minima esse potest, ut, dum costæ, ad sternum

58) Ill. *Wrisberg* credit, sublatum cum matre fœtus per 3 horæ minuta commercium huic inferre mortem.

59) *Chemnitzius* l. c. §. 17. p. 14.

De Sauvages l. c. T. II. p. 321.

60) *De Sauvages* l. c. T. II. P. II. p. 401. „Quod ratione atrocitatis & obscuritatis medicorum diligentissimorum inquisitionem exigit.“

1) l. c. p. 36. nr. IV.

sternum, pertingentes, non moventur, sed solum diaphragmatis centrum tantisper trepidat, inermes oculos plerumque fallat. Sanguis itidem, ob solam contractionem summarum venarum, & auricularum, nudamque cordis, quasi dixerim, jectigationem, tacite interdum per ventriculos urgeri, & per arterias, ut passim per venas, adeo leniter devolvi potest, ut vitalis hic motus pulsus in solis carpis exploranti penitus abscondatur.“

§. XXVI.

His præsuppositis patet, nunquam plane esse desperandum, sed omnibus neophytis asphycticis, nisi certissima mortis signa præ se ferant, curam illam refocillatoriam esse impertiendam. Ad signa vero quædam probabilia in refocillatione ejusmodi neophytorum boni exoptatique ominis est attendendum, quæ asphyxiam nondum inveram mortem transivisse denotant, & sequentia sunt: thoracis motus, etsi sit minutissimus ⁶²⁾, respiratio spasmodica, singultuosa ⁶³⁾, pulsus, quippe qui, nostrum etiamsi fugiens sensum, non semper tamen omnis cordis irritabilitatis deletæ est indicium ⁶⁴⁾; hinc genas, delicatiori sensu præditas, admoveas pectori, ut fortassis cordis aliquam jectigationem sentias; calor oris, isque corporis frictionibus cutaneis pedissequus; oculi aperti ⁶⁵⁾; absentia spumæ e naribus erumpentis, etsi dubia inter referrî mereatur signa; effluxus sanguinis ex funiculo ⁶⁶⁾, vox debilis ⁶⁷⁾; & q. f.

§. XXVII.

62) Ill. Stein *theor. Anleit.* §. 460. p. 141.

63) Id. *ibid.*

64) Cel. *Ploucquet* l. c. §. 4. nr. 1. p. 3.

65) Ill. Stein *theor. Anleit.* §. 460. p. 141.

66) Id. *ibid.*

67) Id. *ibid.*

§. XXVII.

Adhibitis vero per longum temporis interval-
lum auxiliis, quæ videas infra, refocillantibus, ad
sequentia mali ominis, quin mortem ipsam deno-
tantia attendendum erit signa, quæ inter militant:
pallor oris continuus, caloris defectus, maxilla laxa,
pendula, oculi clausi, absentia omnis respirationis
& vocis, ne minimus quidem extremitatum motus,
habitus totius corporis laxus, flaccidus, pulsus plane
abolitus circa funem umbilici & cor ⁶⁸⁾, spuma e
naribus ⁶⁹⁾, frigus totius corporis, nec frictionibus
cedens ⁷⁰⁾, insensibilitas ferri candentis plantis pe-
dum applicati ⁷¹⁾, epidermidis secessio, odor cada-
verosus, putridus ⁷²⁾.

CAP. V.

De Asphyxiarum Prophylaxi.

§. XXVIII.

Sub asphyxiarum prophylaxi intelligo caussa-
rum remotarum ad asphyxiam producendam confe-
rentium præservationem. Hæc vero secundum cauf-
sas Cap. III. allatas sequentibus sæpenumero absolvi-
tur:

68) Cel. *Ploucquet* l. c. §. 4. p. 2.

69) *Hippocr. Aphor. Celsus de re medica libr. 2. c. 8. Galenus,*
Cel. Hagen *Versuch eines neuen Lehrgebäudes der praktischen Ge-
burtsh.* Berlin 1782. T. II. p. 58. Wahrn. XXIX. „Denn da ich
keinen Schaum aus der Nase steigen sah, vermuthete ich Leben.“

70) Cel. *Ploucquet* l. c. p. 5.

71) *Winslow. Bruhier.*

72) *Winslow & Bruhier* hunc pro unico certo mortis signo habent.
Ill. Stein *theor. Anleit.* §. 459. p. 141.

Cel. *Ploucquet* l. c. p. 5. & plures.

tur. Class. I. Spec. a. Si funiculus umbilici, præfertim nodose, complicatus, una cum capite (adeo obliquum excipias) pronus est, ad forcipem ⁷³⁾; si solus prævius est, vel cum alia parte ac capite, ad versionem quamprimum fieri potest, est confugiendum ⁷⁴⁾. In versionis negotio sub extractione pedum sæpe invenitur funiculus inter femora infantis, & juxta dorsum tensus, hinc, quia nodus in fune adesse potest, caute trahendum, nec funiculus, aut ulla ejus pars protrahatur longius, quam necessario requiritur ⁷⁵⁾. Ut diuturniori funiculi umbilicalis pressionem capite postero prospiciatur, evolutionem capitis quam primum & secundum rationales scientiæ obstetricariæ regulas promovere convenit, primariumque in versionis negotio constituit artificium. Si caput vero posterum mole peccat, sine mora ad forcipem est progrediendum. — Partus natibus pronis, quantum potest, arte auxiliatrice acceleretur. — In partu protracto cum forti contractione uteri juncto, magni omnino est momenti tempestive naturam sub mole ruentem subministrare arte obstetricia, nisi tales fortiores uteri contractiones, a spasmo dependentes, venæ sectione, antispasmodicis &c. statim sopiri possint. Generatim partum in ultimo accelerare stadio, valde

73) *De la Motte* l. c. l. 3. c. 40.

Smellie traité de la Theor. & Pratique des accouchemens, trad. de l'anglois par M. *De Preville*. à Par. 1754. T. III. nr. 2. coll. 33. obs. 6.

Rosdorer art. p. 19.

Cl. *Loeschge* l. c. p. 39.

74) *Smellie* l. c. T. III. coll. 34. nr. 1. obs. 1. 3.

Cl. *Loeschge* l. c. p. 40.

75) *Coll. Havn.* V. 1. p. 19.

valde convenit. Ad hunc vero finem obtinendum adeo conducit situs parturientis reclinatus, quin fere horizontalis, quem *Levret* & *Stein* tanti faciunt — & frequentior forcipis usus ⁷⁶⁾).

§. XXIX.

Spec. b. Quamprimum collum prævium & incurvatum observatur, sine mora ad versionem est progrediendum.

Spec. c. Funiculus umbilici collum stringens, quamprimum via patet, transcindatur. — Ad impediendam colli per orificii uterini spasmus constrictionem, digiti unius cujusque manus ad capitis & colli latera inservit adplicatio; in capite posteriore optime hanc constrictionem impedit brachium infantis rite ad caput positum, ibique relictum.

§. XXX.

Spec. d. In uteri & capitis simul obliquitate non tam diu mitioribus auxiliis est insistendum; sed forcipe, vel sæpissime versione in majori obliquitatis gradu partus absolvendus ⁷⁷⁾; quin jam *Deventer* ⁷⁸⁾ suadet: „allaborare, virum obstetricantem, ante-

76) Cl. *Lohde* diff. de partus naturalis adminiculis. Lips. 1772. p. 25.

77) Henr. *Deventer* operationes chirurg. novum lumen cet. Lugd. 1710. 4to. cap. 47.

Roederer art. L. 17. Sect. 2.

Levret Suites des obs. Art. 1. Art des accouch. à Par. 1766. §. 616. 716.

Georg. Albr. Fried *Anfangsgr. der Geburtsh.* Strasb. 1769. §. 197.

78) l. c. p. 226.

De la Motte l. c. l. 3. c. 23. & obser. 248.

antequam extremum imminet periculum, ut pedes assequi valeat. “

Spec. e. In transverso capitis situ sæpe fortes uteri constrictiones correctionem capitis omni diligentia, intentatam iterum destruant ⁷⁹⁾, ut & vectis sæpius expectationi haud respondet; hinc in majori transversu litus capitis gradu tempestive ad forcipem, fascia instructam, est confugiendum; vel, si maximus fuerit, tempestive ad versionem ⁸⁰⁾.

§. XXXI.

Spec. f. Vitia pelvis majora, quæ sæpe præservari possunt: impediendo morbum rachiticum in infantibus ⁸¹⁾, emendatione vel recto usu thoracum ⁸²⁾, congruo puellarum situ & gestatione, non nimis forti infantum fasciatione &c. exostoses &c. sæpe sectionem exigunt cæsaream, si fœtum servare velis.

Spec. g. Pelvis levior angustiae gradus, ac ejus profunditas nimia, tempestivum forcipis indicant usum.

Spec. h. Ad gradum capitis ope forcipis sine noxia sequela compressionis determinandum, eximie infer-

79) *De la Motte* l. c.

80) *De la Motte* l. c. obs. 250.

Mauriceau observations sur la grossesse & l'accouchement des femmes &c. à Paris 1715. T. II. obs. 117. 354. 348.

81) *Zeviani* trattato della cura de Bambini attaccati dalla Rachitide. Verona 1761. 4. cap. V.

82) *Platner* de thoracibus. Lips. 1735. in opusc. T. I. p. 95.

Elsner *Betrachtungen über den schädlichen Gebrauch der Schnürbrüste &c.* Breslau 1754.

Bonnaud dégradation de l'espèce humaine. 1770. 12.

Kofizski Diss. sistens noxas fasciarum, gestationis & thoracum. Goett. 1775.

inservit *Labimensor* ille *Steinianus* ⁸³⁾, qui in unaquaque forcipis applicatione consuli meretur; nam omnis fere cardo in compressionis, quartam pollicis partem non exsuperantis, moderamine vertitur, si infans incolumis lucem adspicere debet.

§. XXXII.

Spec. i. In primo Paragomphoseos capitis gradu sæpe infantis salutem eximie adjuvat tempestivus forcipis usus. In secundo paragomphoseos gradu semper pernecessarius est, si vitam servare velis infanti ⁸⁴⁾. Quid in tertio gradu sit peragendum, qui mortem infert infanti inevitabilem, nisi ad efficaciora confugiamus auxilia?

Spec. k. Vid. Cap. VI.

Spec. l. Pituita in faucibus hærens, respirationem impediens, statim digito in os immisso eximatur.

Spec. m. Hypocaustum, in quo parturiens & excludenda proles degunt, sit aëre puro repletum.

§. XXXIII.

Cl. II. Spec. a. Non, nisi necessitate urgente in gravidis vena secetur.

Spec. b. In hæmorrhagiis uteri partum minantibus minus efficacibus auxiliis non diu insistatur,

83) *Kurze Beschreibung eines Labimeters. Mit einem Kupfer.* Cass. 1782.

84) *Smellie* l. c. T. I. l. 3. C. III. Sect. 1. seqq. T. II. Col. 27. Art. 1. *Roederer* l. c. §. 429.

Leuret art. &c. Part. 3. C. 1. Art. 7. Sect. 7. Art. 8.

Cl. *Loschge* l. c. p. 34.

tur, sed, quantum fieri potest, arte promoveatur partus ⁸⁵⁾. Maximi vero est momenti, omni diligentia & attentione causas earum rimari, futuras præcavere, tollere præsentés, perniciosisque sequelis obvenire.

Liceat adhuc attentos reddere medicos ad morem epidemicum; sæpe enim epidemici quid habent istæ hæmorrhagiæ, quas sæpe emeticis præcavere, curari posse Ill. *Stoll* in doctissimis prælectionibus retulit.

In gemellorum partu portio funiculi placentalis ligetur.

Spec. c. Quamprimum funis umbilici, fœtu adhuc in utero existente, observatur ruptura, subito arte absolvatur partus.

Spec. d. Mater fugiat res iram, terrorem causantes.

Spec. e. In convulsionibus gravidarum, a remediis internis harum causis respondentibus, multum sperari licet; in iis verò parturientium omnes sane conspirant, nullam hic esse in expectatione salutem; nam raro contingit, observante *Mudge* apud *Smellie* ⁸⁶⁾, ut, ope convulsionum, ipse eliminetur fœtus.

§. XXXIV.

Spec. f. Qui de prophylaxi gravidarum plura scire cupit, legat *Ballexferd* ⁸⁷⁾, Ill. *Hirzel* ⁸⁸⁾,
Sey-

85) *Smellie* l. c. T. I. Cap. 3. Sect. 3. Art. 3. fine T. III. Coll. 3. N. 2.
La Motte libr. 3. Cap. 4 & 6. libr. 4. Cap. 13.

Roederer l. c. §. 730. seq.

Leuret l. c. §. 296. Supplem. Art. II.

86) l. c. T. II. Coll. 13. Art. 5. obs. 3.

Robert Bland Lond. medic. Journal. Nov. 1781. p. 328.

87) *Diff. sur l'éducation physique des enfans, depuis leur naissance jusqu'à l'âge de puberté.* Par. 1762.

88) *Lesebuch für Frauenzimmer über die Hebammenkunst.* Zürich. 1784. p. 109.

Seydel 89) &c. scripta. Liceat mihi modo egregia adponere verba *Cel. Mursinnæ* 90): „Es giebt empfindliche Damen, die, sobald sie sich für schwanger halten, nicht nur von ihrer vorigen Lebensart ganz abweichen, lauter weichliche Speisen und warme Getränke genießen, alle Bewegung meiden, die freye Luft fliehen, sondern sich auch wirklich für krank halten, beständig mediciniren, und den Mann und Arzt quälen. Diese werden am Ende wirklich kränklich, schwächlich, für alles, was sie umgiebt, für die Luft empfindlich und scheu. — Diese bringen ein elendes, schwächliches Kind zur Welt!“

Spec. g. Mortua matre quamprimum partus acceleretur arte.

Spec. h. Vid. Prophylaxin *spec. a.*

Spec. i. Partus ante tempus a natura stabilitum impediatur. Quod obtinetur venæ sectione in vere plethoricis 91); roborantibus in debilibus 92); antarthriticis in arthriticis 93); evitacione & ablatione omnium caussarum, quæ partum præmaturum excitare valent, quo e. gr. spectant motus & æstus nimius, febris, tussis vehemens, vomitus ultimis graviditatis mensibus ab irritatione ventriculi, ob foeces in intestinis accumulatas, ortus 94) &c. Præcaveatur vero hic diætã parca, diversis vicibus assumta, enematis, eccoproticis.

§. XXXV.

Dictis prophylaxeos regulis unum ut addam, mihi liceat. Nimirum gravissima omnique attentione

89) l. c.

90) *Abh. von den Krankheiten der Schwangeren, Gebährenden und Wöchnerinnen.* T. I. Berl. 1784. p. 87.

91) *Cel. Baudeloque* l. c. T. I. p. 120.

92) *Id. ibid.* p. 121.

93) *Ill. Stoll* in prælect.

94) *Oeggel* *Diff. de vomitu.* Anglip. 1783.

tione dignissima est observatio illa Cel. *Saxtorph*⁹⁵⁾, de partibus epidemicis. Etenim vidit ab anno 1759 - 1774. inter 3600. partibus non nisi unum, ubi placenta in orificio uteri erat irradicata; uno vero semestri talem placenta transplantationem octies observavit. Valde probabilis mihi videtur hæc observatio non mero casui adscribenda. Qualis vero genius sit hic epidemicus? quomodo effectus suos exferat? an a forti, spasmodica ovuli expulsionem, ad fundum uteri adhærendi, impediendo illud hæc transplantatio placenta? an ex vitio organico uteri ipsius? Hæc me nescire lubenter fateor. Sed optarem, ut plures obstetricantes medici colligant observationes, causas indagent, quibus cognitis forsitan ei occurrere possemus.

CAP. VI.

De auxiliis vitam illam minimam in perfectam reducentibus.

§. XXXVI.

Cum functionum vitalium apparens cessatio sit ille status, quo posito, ponitur & asphyxia (§. I.); sequitur, earum ad eum gradum, qui ad vitam perfectam requiritur, restitutionem constituere asphyxiæ medendi methodum. Hæc vero functionum vitalium restitutio præsupponit motus cordis, negotiique respirationis ad eum tenorem reductionem, quo vita perfecta continuari queat. Cum autem ille ab irritabilitate maxime pendeat⁹⁶⁾, ea præcipue adhi-

95) Coll. *Havn.* Vol. I. p. 310. de placenta in orificio uteri irradicata.

96) *Haller.* „Sola irritabilitate perficitur circulatio sanguinis.“
Cl. *Hufeland* l. c. p. 37. nr. 1.

adhibenda sunt auxilia, quæ hanc in motum cient.

§. XXXVII.

Duas statui asphyxiæ classes (§. V.), hinc & totidem diversæ medendi methodi erunt adhibendæ. Priusquam vero ad has enarrandas accedam, regulas quasdam generaliores in neophytorum asphycticorum refocillatione observandas, ut & auxilia refocillatoria universalialia præmittam.

Primo, ut omnia ad refocillandum neophytum in promptu sint, in signa antea, ex quibus concludi probabile est, infantem debilem, & asphycticum nasci, inquiratur, an e. gr. mater adhuc fœtus motum percipiat, nec ne? an partus jam per longum tempus duraverit? an versio, vel forceps adhiberi debeat? an arteriæ adhuc paulo ante partum, quæ forte tangi possunt, pulsaverint? an tumor in capite creverit, elasticus tactus fuerit &c.?

§. XXXVIII.

Alia magni momenti est regula, scilicet: refocillatio fiat per gradus, nec fortius periculosum adhibeatur auxilium probato prius mitiori securo, ne malæ forsitan ex fortioribus periculosis auxiliis sequelæ in corpus redundant; nam & gradus dantur in asphyxia, quorum signa nostros fugiunt sensus ⁹⁷⁾. Verum, ne quoque nimis longum hisce inhæreamus mitioribus!

§. XXXIX.

97) *De Haen* rat. med. T. XIII. p. 253.

§. XXXIX.

Remediorum tandem idoneorum adplicatio per longum temporis intervallum est continuanda ⁹⁸⁾. Ill. *Wrisberg* per duas horas in excitatione neophytorum pergendum esse consulit. *Valisneri* ⁹⁹⁾ vidit fœminam post septem dierum asphyxiam reconciliatam. *Francisc. Em. Gangiamila* ¹⁰⁰⁾ dicit: infantulum, qui nullum vitæ signum præbuerat, quamvis per 3 a nativitate horas multa in eo excitando pertentata fuissent experimenta, nihilominus recuperatum fuisse. Plura vide apud *Hannemann* talia exempla ¹⁰¹⁾.

§. XL.

Cum motus cordis respirationisque negotii restitutio indicationes in neophytorum asphyxia constituent, auxilia primo erunt indicanda, quibus hæc obtinetur, quæque in unaquaque neophytorum asphyxia quadrant. Ea inter sequentia sunt censenda: a. *Inflatio aëris communis, atmosphærici ope follis* ¹⁰²⁾, vel, quod melioris notæ est adminiculum,

98) *Cel Meckel* not. 5. in *Baudeloque* l. c. T. I. p. 277. „*Oefters sind nach stundenlangen Bemühungen die ersten Kennzeichen des Lebens wahrgenommen worden.*“

99) *Raccolt* p. 64.

100) l. c. Cap. X.

101) *Misc. nat. curios.* Dec. II. ann. 7. obs. 67.

Grubel *ibid.* ann. 10. obs. 44.

102) *Huntur* l. c. sumpsit duos folles, unum purum aërem in pulmones inflantem, alterum aërem ex pulmonibus recipientem in experimento cum cane.

De Haen l. c. T. XIII. p. 197.

Cullen letter to Lord *Cathart* concerning the recovery of persons drowned and seemingly dead. Lond. 1776. 8.

lum, e vesica bovina aëre turgida per fistulam ei alligatam aëris in pulmones pulsio, qua cor pulmonibus expansis irritatur & in motum cietur ¹⁰³). Caveas vero, ne hæc aëris inflatio nimis fortis sit continuataque ¹⁰⁴).

b. *Albiniana abdomen comprimendi methodus* ¹⁰⁵).

c. *Inflatio aëris dephlogisticati* PRIESTLEYI ¹⁰⁶).

Cum respirationis negotium tanti in neophytis sit momenti, ut sine eo diutius vivere nequeant, probabile est, in aëre nos cingente esse materiem quandam, a qua omnia, quæ in corpus nostrum redundant ex respiratione commoda & bona, repetenda sint.

103) *Verhandelingen &c.* Te Haarlem. Deel IV. p. 413. *Samml. auserlesener Abh. für Wundärzte.* Leipz. 1778.

Portal hist. & mém. de l'ac. des sc. ann. 1775. à Par. 1777. p. 492. seq.

Cl. Hufeland l. c. p. 34.

104) *Cel. Meckel in Baudeloque l. c. T. I. p. 275.* „Die Lunge stark, und schnell, und beständig ausdehnen, heißt gewiß die Schwierigkeiten vermehren — die Lungengefäße werden durch lange Ausdehnung der Lunge zusammengedrückt, das Zwerchfell wird mit den Intercostalmuskeln so stark ausgedehnt, daß sie die Schnellkraft, Reizbarkeit, ja alle Thätigkeit verlieren müssen.“

Haller l. c. T. III. §. 13. p. 252.

105) *Storch Hebammenk.* Gotha 1745. 8. p. 417.

Roederer satura &c. p. 25.

Haller l. c. T. III. p. 225.

106) *Hunter l. c.*

Achard Mém sur la cause de l'Asphyxie & sur les secours que l'on peut y porter. in nouv. mem. de l'ac. royal. des sc. & belles lettres de Berlin. 1780.

Cl. Blech Diff. de aëris dephlogisticati usu in Asphyxia. Goett, 1784. 8.

sint. Nostri vero temporibus videtur aërem dephlogisticatum esse illam subtiliorem nobilemque materiam ¹⁰⁷). Quid inde primæ neophytorum respirationi convenientius cogitari potest hujus ipsius beneficæ materie sine noxiis admixtis particulis inspiratione ¹⁰⁸)! Quanta commoda in vim exeret vitæ debilem, fere labentem, cum secundum *Crawfordi* ¹⁰⁹) theoriam ingens ignearum particularum (absolute heat) copia aëri insit, quæ respiratione in arterias trahuntur, & ibidem sanguini admixtæ, hunc calefaciunt! Nec ullam mihi fingere possem usus hujus aëris contraindicationem; nec pretiosum, nec comparatu difficile est remedium, cum e. gr. ex niri libra una, 12000. poll. cub. aëris dephlogisticati possint obtineri ¹¹⁰). Hinc valde optandum esset, ut præsertim in asphyxiis neophytorum, quorum pulmo adhuc adeo tener est, omnemque injuriam ægre ferens, adhiberetur inflatio aëris hujus puri, dephlo-

107) *Achard* l. c. p. 103. „un animal vit dans une certaine quantité de cet air plus longtemps qu'il ne pourroit vivre dans une égale quantité d'air commun.“

108) Ill. Gmelin: *Briefe an einen Arzt über die neuere Entdeckungen in der Lehre von der Luft.* p. 212. „In Asphyxiën ist der Gebrauch der dephlogistisirten Luft von herrlichem Nutzen — sie ist den Lungen, dem Blute, dem ganzen Thiere zur Erhaltung und Fortsetzung seines Lebens nothwendig.“

Cl. Stieft *Abh. über einige Luftarten und derselben Einfluß auf thierische Körper.* Wien 1784. p. 30. „Besonders löst sich viel bey schwachgebohrnen Kindern von der dephlogistisirten Luft erwarten.“ Plura cum aëre dephlogisticato instituere experimenta. *Achard* l. c. & Cl. *Blech* l. c. p. 27.

109) *Exp. and obs. on animal heat and the inflammation of combustible bodies.* Lond. 1779.

110) Plura exstant de hac re in Ill. J. Ingen-Housz *verm. Schriften.* Uebers. von Molitor. Wien. 1782.

phlogificati. Quomodo vero hæc inflatio fieri debeat, en! Cl. *Blech* ¹¹¹⁾, quæ sunt, verba: „Ad ipsam aëris inspirationem sufficit vesica satis capax a pinguedine omni bene depurata, & tubo ex metallo quodam facto, cujus apertura epistomio ipsi adapto claudi aperiri que vicissim potest, juncta. Ut vero aër ex hac vesica expressus in ipsos pulmones penetrare absque ullo obstaculo, nec in ventriculum & canalem intestinale divagari possit, tubus non faucibus & naribus, verum aperturæ in ipso larynge factæ, immittatur ¹¹²⁾. Denique vesicam & thoracem vicissim comprimendo respirationis actum imitemur.“

Ex huc usque demonstratis elucescit simul damnum ¹¹³⁾, quod neophytis asphycticis ex inflatione aëris ex pulmonibus alterius hominis spirati infertur. Nam aër exspiratus, ut in quavis alia phlogificatoria operatione ¹¹⁴⁾, phlogisto ¹¹⁵⁾, & aëre fixo ¹¹⁶⁾, est refertus, volumine & gravitate imminutus, atque
ad

111) l. c. p. 29.

112) Idem prolongato in rimam glottidis immisso tubo obtineri potest.

113) *Cel. Aepi* in litteris ad me datis. „*Ich habe noch wenig Nutzen von dem Einblasen der Luft (ex pulmonibus alterius) gesehen, obgleich solches mit allem Fleiß vorgenommen worden.*“

114) *Phil. Transact. Lond.* 1776. V. LXVI. P. I. p. 226. *Gazette littéraire de l'Europe.* Septbr. 1776. T. LXXV. N. 9. 12. p. 61. ff.

Cel. Crell chem. Journ. T. 1. p. 207.

115) *VI. Brief des Fontana an Murray in Upsala über die Dephlogistification der Luft in den Lungen.* *Phil. Transact.* V. LXII. p. 187.

Achard l. c. p. 102.

116) *Crawford* l. c.

ad vitam sustentandam ineptus ¹¹⁷⁾. *Priestley* ¹¹⁸⁾ dicit: „*Die Luft, die durch die Lungen gegangen ist, ist mit der von der Fäulniss angesteckten einerley*“ quin suffocat ¹¹⁹⁾. Ne quid dicam de aëre ex pulmonibus morbo laborantibus exspirato.

§. XLI.

d. *Calor*. Cum singularis sit principii vitalis cum calore cognatio; quoque ab eo multum in vitæ excitatione expectari licet ¹²⁰⁾. Huc spectant: fomentationes ex Afa fætida, Theæ potus instillatus ¹²¹⁾, balneum tepidum ex vino ¹²²⁾, vel in quo
sapo

117) Cl. *Blech* l. c. p. 9. 16. 24. „At vero eorum, qui hanc inflationem ore fieri voluerint, opera, vide quam sit inepta, & propterea non raro inanis futura. An tu aërem phlogisto refertum, & ad sustentandam vitam non amplius idoneum, quem pulmones expellunt — an hunc vellis efficax ad resuscitandam vitam remedium laudare? Nonne, cum phlogisticatum aërem non solum nihil prodesse, verum etiam valde nocere constet *), plus damni inde metuendum, quam emolumenti atque utilitatis sperandum effret?“

118) l. c. T. I. p. 76.

119) Cl. *Blech* l. c. p. 21,

Achard l. c. p. 105. „Le phlogistique agit alors sur toutes les parties irritables qu'il touche, & les prive de leur irritabilité, quod primo demonstravit *Spalanzani*.

120) *Hunter* l. c. p. 151. seq.

Cullen letter &c.

121) Ill. *Wrisberg* Pr. cit. p. 7.

122) Cel. *Selle* medicin. clinic. p. 321.

Pasquay diff. de signis & partu foetus mortui L. B. 1745.

*) *Martinet* expériences nouv. sur les propriétés de l'alkali volatil fluor. à Par. 1780. 8.

sapo solutus est ¹²³), in quod infans sedens immit-
titur.

e. *Sal ori immixtum* ¹²⁴).

f. *Friktiones cutaneae* cum linteaminibus aquae
frigidae, vel spir. vini seu camph. immixtis, vel ca-
lefactis ¹²⁵), spir. quodam, aceto vin. concen-
trato ¹²⁶), madidis, abdominis, musculorum tho-
racis ¹²⁷), dorsi ¹²⁸), cum æthere vitrioli ¹²⁹), tem-
porum ¹³⁰), narium ¹³¹), pulsuum, regionis ven-
triculi ob consensum ventriculum inter & organa vi-
talia ¹³²).

g. *Clysteres* ex aëre ¹³³), aqua tepida, sale,
vino ¹³⁴), spir. vin. ¹³⁵), tart. emet. ¹³⁶), fumo
incensarum chartarum lusoriarum ¹³⁷), herbæ nico-
tianaë.

123) Ill. *Hirtzel* l. c. p. 205.

124) *Leuret* art &c. p. 236. §. 1238.

125) *Evers* diff. sist. exper. circa submersos in animalibus instituta.
Goett. 1754. p. II.

126) Ill. *Murray*, Eq. in doctissimis in Therap. general. prælect.

127) Ill. *Wrisberg* in prælect.

128) *Haller* l. c. T. II. p. 287.

Ill. *Hirtzel* l. c. p. 397.

129) *Cel. Aeppli* in litt.

130) *Cel. Baudeloque* l. c. T. I. p. 275.

131) Ill. *Rahn*, Gaz de Santé. St. V. VI. p. 664.

132) *Hunter* l. c.

133) *Verhandelingen &c.* Te Haarlem. Deel. IV. p. 413.

Cel. Plenck l. c. p. 107.

Cullen letter &c.

134) *Vogel* l. c. P. II. §. 601. p. 186.

Cel. Aeppli in litt.

135) *Cullen* letter &c.

136) Ill. *Wrisberg* in prælect.

137) *Cel. Baudeloque* l. c. T. I. p. 276.

tianæ ¹³⁸). Efficax sane hoc est remedium ob sal stimulan-
s, oleum empyreumaticum pariter irritans, ca-
lesfaciens, quo fit, ut aër intestinis inclusus calefiat,
expandatur, intestina ipsa vellicentur, contrahantur,
aliasque partes in consensum ducant ¹³⁹). Sed ca-
veas, ne intestinorum subsequatur inflammatio ¹⁴⁰).

h. *Pedum setaceis scopulis fricatio* ¹⁴¹).

i. *Curva infantis figura plicaeque colli super
pectus adducti in rectilineam extensa* ¹⁴²), motus-
que perpetuus moderatus ¹⁴³).

§. XLII.

k. *Nervina*. Quorsum spectant: injectio vini in
oesophagum infantis ¹⁴⁴), vel variorum stimulan-
tium in ventriculum, ope syringæ canali ad ven-
triculum usque porrigente instructæ ¹⁴⁵); asper-
sio faciei, thoracis, abdominis, genitalium ¹⁴⁶)
cum spir. vin. ¹⁴⁷) aqua frigida, vino ¹⁴⁸); aqua
frigida cum syringa majori thoraci adplicata ¹⁴⁹).

l. *Cucur-*

138) *Hannöver. nützliche Sammlungen*. 1758. nr. 49. *Verhandelin-
gen &c.* Te Haarlem. Deel IV. 1758. 8. p. 386.

Ill. *Tode med. chir. Bibl.* B. VI. St. 1. p. 67.

139) Ill. *Murray*, Eq. *Appar. medicam.* Goett. 1776. V. I. p. 471. 472.

140) Cl. *Blech* l. c. §. XV. p. 27.

141) Ill. *Wrisberg* Pr. cit. p. 7.

142) *Haller* l. c. T. 3. p. 225. Cum puer ex utero nuper exclusus
respirare non posset, extensus potuit *P. Idema Aanmerkingen*
p. 21.

143) *Levret* Part &c. p. 236. §. 1238.

144) *De Haen* l. c. T. XIII. p. 238.

Cel. Aepi in litt.

145) *Hunter* l. c.

146) Ill. *Wrisberg* Pr. cit. p. 7.

147) Ill. *Hirzel* l. c. p. 205.

148) *De Sauvages* l. c. T. II. P. II. p. 321.

149) *Cel. Staike* l. c. p. 51.

l. *Cucurbitulæ* ad plures corporis partes, mammarum papillas ¹⁵⁰), abdomen &c.

m. *Sinapismi*.

n. *Vesicatoria* ad plantam pedum, præsertim ob earum peculiarem cum pulmonibus consensum ¹⁵¹).

§. XLIII.

o. *Embroche*. Novum, idque efficacissimum, plurimisque jamjam a viro solerti institutis experimentis probatum est illud auxilium, quod Cel. *Aepli*, vir solidissimis generique humano utilissimis scriptis celebris, humanissime mecum communicaret. Egregios ejus vidit effectus in asphyxiis neophytorum, ubi omnia incassum fuerant tentata. Sequenti vero adhibetur methodo: hypocaustum puro aëre referatum eligitur, 10 — 12 pedes altum; in labrum ponitur neophytus aqua tepida repletum. Huic labro oppositum in tegmine firmatur vas, epistomio instructum, aqua frigida impletum. E labro nunc elevatur neophytus; aquæ vero guttæ ex vase in tegmine firmato stillantes ita diriguntur, ut in cordis delabantur scrobiculum; interim per vices funiculus umbilici lente attrahitur, scopulis fetaceis fricantur plantæ pedum, aqua frigida faciei adspargitur, injicitur in os vinum & s. p. Multum ab hoc expectari licet auxilio; etenim aqua frigida, ab altitudine 10 — 12 pedum delata ad partes, magno irrita-

150) *Hannemann* in *Ephem. nat. curios.* Dec. II. ann. V. obs. 121. ann. VI. obs. 69. ann. VII. obs. 67. *Miscell.* Dec. II. ann. VII. obs. 67.

III. *Rahn* l. c. St. I. II. p. 266. 268. 276.

151) Cel. *Metzger* l. c. p. 82. §. 359.

De Haen l. c. T. XIII. p. 241.

irritabilitatis gradu gaudentes, nimirum diaphragma, ventriculum, has ad sui contractiones cogit, cor irritatur, contrahunt sese muscoli abdominales, & sic ex tali subitanea concussione per partium sympathiam excitatur, quæ adhuc superest, vita, restituiturque functionum tenor. Hocce auxilium electricitati fere æquiparandum, quin in quibusdam casibus est præferendum.

§. XLIV.

p. *Electricitas* ¹⁵²⁾. Quod in rerum natura existit efficacissimum revera; at maxima cum cautela adhibendum auxilium est Electricitas, qua acceleratur circulatio, calor animalis augetur, muscoli contrahuntur, afficiuntur nervi, quin *Hallerus* ¹⁵³⁾ ipse dicit: „potentior omnibus stimulis est scintilla electrica, quæ de musculis educitur, motumque sæpe excitat, quando omnis alius stimulus efficacia caret.„ Memorabile electricitatis vim probans existat exemplum in *Cel. Hufeland* ¹⁵⁴⁾ a *Greenhill* relatum; aliud in *Reports of the humane society*. Etiam si *Cel. Hufeland* ¹⁵⁵⁾ solidissime de hac re egerit, ut fere nil addendum restet, & præterea non ubique ejus usui detur locus; attamen in gynæceis egregium hocce adhiberi posset auxilium, hinc non irritum quid esse censeo de illo paucis agere. Antequam vero ad methodum adplicandi ipsam progrediar, regulas

152) Detail des succès de l'établissement que la ville de Paris a fait en faveur des personnes noyées lequel a été adopté dans toute la France & même chez l'étranger, 7. Partie. An, 1779. 1780. & 81. par M. *Pia*. 1782. 8. Par.

153.) l. c. T. IV. p. 448.

154) l. c. p. 44.

155) l. c.

gulas quasdam generales in usu electricitatis observandas præmittam.

In I. Cl. asphyxiæ speciebus antea transcendatur funiculus umbilici, effluxuique sanguinis via concedatur, ne, exortis vi electrica turgescentiis, vita adhuc restans penitus suffocetur.

Longa ac indefessa requiritur adplicationis electricitatis continuatio; & enim Cel. *Hufeland* ¹⁵⁶⁾ demum, postquam per 23 minuta electricitas adhibita esset, vitam vidit redire.

Gradus electricitatis moderatus est adhibendus; nam modo ictus ¹⁵⁷⁾ soli tales moderati crebriores in solidis producunt oscillationes ¹⁵⁸⁾, in intima penetrant, eaque in motum cieunt. Cum debilissimis initium est faciendum, sensimque ad fortiores progrediendum. Hæc gradatio, ut rite peragatur, vel aucta continuo phialarum capacitate, vel ictuum modificatione ope Electrometri *Lanii* obtineri potest ¹⁵⁹⁾.

„Ictus præcipue cor afficere debent, ideoque per pectus transversum ita dirigendi sunt, ut a sterno ad spinam dorsi eant, quorum salutare effectus *Abildgaard* experimenta ¹⁶⁰⁾ & *Hauvesii* observatio probant ¹⁶¹⁾.. Ut vero etiam afficiatur diaphragma, dirigatur ictus a cartilagine ensiformi ad spinam dorsi, vel phiala aut directore *Cavalli* in scrobiculum cordis depresso ad vertebrae dorsi, ut iter
nervi

156) l. c. p. 52. nr. II.

157) *De Haen* l. c. T. I. P. II, p. 31, commendat quoque succussus electricos.

158) Cel. *Hufeland* l. c. §. V. XXVI.

159) Cel. *Hufeland* l. c. p. 50. nr. I.

160) Gallinam & Gallumgallinaceum, quæ, ictu electrico per caput necata, ictu transversim per pectus a sterno ad spinam dorsi trajecto resuscitavit. V. Tentamina electr. in Coll. Havn. V. II. p. 157.

161) Cel. *Hufeland* l. c. p. 51. nr. II.

nervi phrenici sequamur. Vel, cum oesophagus tantum juxta Cel. *Pikelii* ¹⁶²⁾ experimenta irritabilitatis gradum ostendat, Cel. *Hufeland* ¹⁶³⁾ suadet, ut alter director *Cavallinus*, resina vel lacca obductus, faucibus immittatur, alter vero spinæ dorsi vel scrobiculo cordis adplicetur. Multum quoque ictus promittunt ad intestinum rectum adplicati. Novimus atmosphæram electricam aërem phlogisticum reddere, hinc aëri per hypocaustum liber concedatur transitus. Totus autem apparatus ad adplicandam electricitatem necessarius continebit ¹⁶⁴⁾ machinam cum disco modico ligneo vernicato, quem Cel. *Pikelius* ¹⁶⁵⁾ descripsit; deinde phialas aliquot variæ capacitatis vel unam cum Electrometro *Lanii* instructam; & duos directores *Cavallinos* globo, duos cuspide terminatos. Exoptato cum effectu electricitas & cum aliis potest combinari auxiliis. Ita egregie se exprimit Cel. *Hufeland* ¹⁶⁶⁾: „quæ præstantior remediorum combinatio cogitari potest, quam si, dum electricitate id, quod vitæ superest, excitamus, ei aëris dephlogistici inflatione pabulum suggerimus, leni calore id alimus atque fovemus, & venæ sectione id, quod viscera vitalia opprimit, tollimus?“

Huc spectant fomentationes corporis in insula positi ¹⁶⁷⁾; frictio cum corpore electrificato ¹⁶⁸⁾; scintillarum evocatio ¹⁶⁹⁾; ictus imperfecti ¹⁷⁰⁾.

§. XLV.

162) Diff. inaug. de electricitate & calore animali. Wirceb. 1778.

163) l. c. p. 52. nr. 11.

164) Cel. *Hufeland* l. c. p. 53. §. 30.

165) l. c.

166) l. c. p. 49.

167) Cel. *Hufeland* l. c. p. 50.

168) Id. ibid. p. 50.

169) Id. ibid. p. 50.

170) Id. ibid. p. 51. nr. 1.

§. XLV.

q. *Acicula sub ungue pollicis pedis adplicata.* Lancisius ¹⁷¹⁾, dicit: Henricum ab Heers obs. 21. narrare, se aciculam prælongam in pollicem pedis sub unguem cujusdam apoplecticæ, nullum vitæ signum præbentis, adegisse, illamque momento citius excitasse.

r. *Ignis ferramenta plantis pedum admota* ¹⁷²⁾. Quo & spectat adplicatio ignis ¹⁷³⁾ ad regionem ventriculi, quam Pouteau ut efficacissimum, aliis antea frustra tentatis, commendat auxilium.

s. *Immediata pulmonum irritatio.* Chandon ¹⁷⁴⁾ consulit ad excitandos pulmones aperturam in thorace factam, per quam immediate ad pulmones irritamentum possit adplicari. Omnibus aliis frustra tentatis auxiliis & hoc adhibere conveniret.

§. XLVI.

Enumeratis huc usque auxiliis, quæ in unaquaque neophytorum asphyxia adhiberi possunt, universalibus, id nunc addo, quod in I. Cl. asphyxiæ speciebus peculiariter indicatur. Est vero sequens:

a. *Dissectio funiculi umbilicalis* ¹⁷⁵⁾; qua sanguini emananti via conceditur; etsi nihil effluat, ligandus

171) l. c. p. 91.

De Haen l. c. T. XIII. nr. 7. p. 227.

172) Lancisius l. c. p. 91. Ephém. nat. cur. Dec. I. ann. VI. VII, obs. 89. p. 125.

Evers l. c. §. 18.

173) *Verhandel. der Holl. Maatschaap. IV. p. 418.*

174) In Cel. Fritze *med. Annalen. B. I. Leipz. 1781. p. 329.*

175) Levret l. c. p. 236. §. 1237.

Cel. Baudeloque l. c. T. I. p. 272.

gandus tamen statim non est, nam sæpe adhibitis excitantibus tunc demum sanguis adparet.

§. XLVII.

In II. Cl. asphyxiæ speciebus vero sequentia adhiberi possunt:

a. *Continuatio circulationis placentam inter & neophytum* ¹⁷⁶).

Magni omnino est momenti, ut circulatio placentam inter & infantem per paululum temporis adhuc sustineatur ¹⁷⁷). Nimis vero generalis lex est illa

III. *Hirzel* l. c. p. 205.

Cel. *Gehler* Pr. de justo deligandi funiculum umbilicalem tempore. Lips. 1784.

Cl. *Gerson*. Sylloge obs. de partu laborioso. Goett, p. 19.

Chemnitzius l. c.

Siegel diss. de cura neonatorum medica. Goett. 1782. §. II. p. 3.

Hollenhagen diss. de purpuræ puerperarum prophylaxi anxietate adversariis ex Embryulcia. Friburg. Brisg. 1784. Thes. XVI.

Cel. *Hagen* l. c. T. I. p. 84.

Id. *ibid.* Tom. II. p. 171. „*Bey allen Wendungsoperationen muss man Blut aus der Nabelschnur laufen lassen.*“ Memorabile exemplum egregium hujus arteriotomiæ usum evincens refert Cel. *Plenk* l. c. p. 108. quod legi meretur.

176) *Smellie & Levret* l'art &c. p. 236. §. 1236.

Cl. *Plenk* l. c. p. 106.

III. *Hirzel* l. c. p. 398.

177) *White* l. c. p. 90. & seq.

W. Smellie treatise on the theorie and practice of midwifery. V. I.

L. I. Cap. 3. Sect. 9. Ed. Edinb. 8. 1780. p. 81. „If the child and placenta are both delivered suddenly, or the last immediately after the first, and if the child, though alive, does not yed breathe, the blood may be felt circulating, sometimes slowly, at other times with great force through the arteries of

illa apud *Levret* ¹⁷⁸): „il ne faut jamais lier le cordon ni le couper, avant qu'il ait respiré,“ nam in primæ classis asphyxiæ speciebus conducit potius vitæ tamque promovet discissio funiculi umbilicalis; in II. Cl. vero speciebus efficaciora adhibere remedia impedimur, si nimis longum huic inhæremus auxilio ¹⁷⁹). Tempus autem discissionis funiculi umbilicalis erit, si arteriæ ejus pulsare desinunt ¹⁸⁰). In illo vero casu, cùjus *Cel. Saxtorph* ¹⁸¹) mentionem fecit, nempe: ubi funiculus umbilici nodose complicatus deprehenditur, & si infans vivat, tamen ut nodi evolvantur, circulatioque placentam inter & infantem sustineatur, confert.

b. *Balneum frigidum totius corporis*, excepto capite ¹⁸²).

c. *Clysteres ex aqua frigida*.

d. *Irritatio narium & faucium plumularum* ope ¹⁸³), digiti ad epiglottidem usque immissi ¹⁸⁴).

e. *Fumus croci naribus immissus* ¹⁸⁵).

f. *Salia volatilia naribus supposita* ¹⁸⁶); vel guttulæ spir. sal ammoniac. quædam naribus instillatæ;

of the funis to the placenta, and from thence back again to the child, along the umbilical vein.“ *The Gentleman's Magazine, and Historical chronicle*. V. XXIV. Lond. 1754. 8. p. 257.

178) *L'art &c.* p. 236. §. 1236.

179) *Cel. Baudeloque* l. c. T. I. p. 276.

180) *White* l. c. p. 221.

Cel. Baudeloque l. c. T. I. p. 277.

181) *Coll. Havn.* V. I. p. 7.

182) *Cel. Ploucquet* l. c. p. 174.

183) *Levret l'art &c.* p. 236. §. 1238.

Ill. Wrisberg P. cit. p. 7.

184) *Roederer Satura &c.* p. 24.

185) *De Sauvages* l. c. p. 321.

186) *Ill. Hirzel* l. c. p. 432.

lata¹⁸⁷⁾; guttula una usque duo aqua diluta ori immiffa¹⁸⁸⁾. Sed caveas a validis volatilibus, quorum usus in genere magnam meretur cautelam; sæpe enim spasmus in pulmonibus excitant, caussam augent, indeque motum cordis plane tollunt.

g. *Emetica*¹⁸⁹⁾.

h. *Moschus*¹⁹⁰⁾.

i. *Alkali volatil fluor Le Sage*¹⁹¹⁾; i. e. spir. sal. armon. cum calce viva extincta.

k. *Spir. C. C. succin. naribus suppositus*¹⁹²⁾. Caveas vero, ne ori immittas plus quam paucillum aqua bene diluti hujus spiritus, oriuntur enim ulcera mammaram fuccionem impediencia; quin necant¹⁹³⁾.

l. *Spir. sal. armon. aqua dilutus cum æthere*¹⁹⁴⁾.

m. *Allium & Cephæ conquassatæ naribus admotæ*¹⁹⁵⁾.

n. *Errhina*¹⁹⁶⁾.

CAP. VII.

187) *Verhandelungen* &c. Te Haarlem. Deel. IV. p. 437.

188) *Cel. Baudeloque* l. c. T. I. p. 276.

189) *Vogel* l. c. §. 601. p. 186.

Cullen letter &c.

Cel. Meckel in not. 5. ad *Baudeloque* l. c. T. I. p. 277.

190) *Cl. Reinick* diff. de Moscho naturali & artefacto. Jen. 1784. p. 41.

191) *Sage* exper. avec l'alkali volatil &c. Ed. III.

Martinet l. c.

192) *Ill. Hirzel* l. c. p. 205. 427.

193) *Cel. Plenck* l. c. p. 107.

194) *Ill. Rahn* l. c. St. I. II. 1783.

195) *De Sauvages* l. c. p. 321.

Cel. Baudeloque l. c. T. I. p. 276.

Ill. Hirzel l. c. p. 205.

196) *Levret* l. c. p. 236. §. 1238.

CAP. VII.

*Posterior Neophytorum e statu asphyctico in
perfectiorem vitam restitutorum cura.*

§. XLVIII.

Maximi profecto momenti omnique diligentia digna est cura pro Neophytis, quam varii auctores nervose nobis tradidere scriptis¹⁹⁷⁾; ast, qui in specie de cura neophytorum ex asphyxia in perfectiorem vitam redactorum scripserint, nullos invenio; sæpius enim evenit, ut tales neophyti neglecti vel perverse tractati in pristinum redeant statum.

§. XLIX.

Cura vero, qua in ejusmodi neophytos impendi potest, duplex est. Vel enim concernit infantes facie rubente, tumente, vel facie corporeque pallente natos excitatos. Uterque status diversam exigit curam.

Prima, quæ infantes impendi debet cura, est eorum Lotio, ut vernix caseosa abstergatur, quæ, nisi illico post partum auferatur, ad subitanam mortem impediendo transpirationem, omnibus viventibus necessariam, disponere valet¹⁹⁸⁾. In prioribus neophytis excitatis adsunt adhuc forte congestiones, stases, quibus quam maxime conducunt semicupia tepida, vesicatoria ad plantam pedum, sinapismi, clysmata, interna idonea remedia. Si respiratio adhuc laboriosa est & stertorosa, tunc leniter alvum ducentia, potio parata ex pauxillo oxymellis
scilli-

197) *Schulz* inträdes tal om Barn-Skötsel igemen. Stockh. 1760.

198) *Zückert von der Diät. Pflege &c.* p. 20.

scillitici juvant ¹⁹⁹). Præterea fasciæ sint laxæ, ne congestiones ad caput & pectus inde oriantur ²⁰⁰).

§. L.

In posterioribus potissimum est respiciendum: ut funiculi umbilicalis deligatio, cessantibus arteriarum pulsationibus, rite fiat. Etiam si recentiores quidam portionis funiculi fœtalis deligationem post præviam respirationem plane superfluum esse affirmant ²⁰¹), tamen ²⁰²) Cl. *Hollenhagen* ²⁰³) dicit: se multoties reiteratis maximaque cum cautela institutis experimentis, in vegetissimis subjectis, & prævia jam perfectissima respiratione per aliquot minuta, semper dissecto funiculo, tam validam observasse hæmorrhagiam, ut certe vita infantis cum sanguine effluxisset, nisi funiculum deligasset.

Eximii

199) *Louis* mémoire sur une question anatomique relative à la Jurisprudence; dans lequel on établit les principes pour distinguer, à l'inspection d'un corps trouvé pendu, les signes du suicide d'avec ceux de l'Assassinat. Par. 1763. 8.

200) Cl. *Siegel* l. c. p. 25.

201) *Dehmel* diff. an funiculi umbilici deligatio in nuper natis absolute sit necessaria? Hal. 1733.

Schweikard de non necessaria funiculi umbilicalis deligatione. Arg. 1769.

202) *Burckart* diff. de necessaria funiculi umbil. vi vasorum structura in nuper natis deligatione. Hal.

Perill. Delius l. c. p. 77. & diff. propositiones & observationes quasdam medicinam obstetriciam & populationem &c. spectantes sistens. Erlang. 1784. p. 15.

Rondolini diff. sist. funiculi umbilicalis historiam. Vindob. 1780. Cap. III. p. 39.

Cel. *Ploucquet* l. c. §. 156. p. 163.

103) l. c. nr. XVI.

Eximii in hisce debilibus natis maturis infantibus mihi videtur balnei sensim sensimque frigidioris ex aqua & vino, vel aceto usus; frictiones cum panno, qui prius succini fumum exceperit ²⁰⁴). Fasciæ circa pectus sint laxiores, ne respiratio debilis adhuc impediatur ²⁰⁵).

Illis præsertim infantibus, qui auxilia in cap. præc. subiere, præsertim volatilia, ut Alkali fluor ²⁰⁶), sic dicto Anglorum morbo inward fits ²⁰⁷) expositis, emetica eximium præstant usum.

§. LI.

Diētis liceat adhuc pauca addere de fœtibus præmaturis, qui maximam merentur attentionem diuturnioremque curam ²⁰⁸), & quorum multi forte servati fuissent, si illis omnis adhibita fuisset cura. Plures enim exstant observationes, quæ probant, fœtus octimestres, quin septimestres indefessa diligentia annos, quin virilitatem attigisse ²⁰⁹). Dicunt

204) Cl. Siegel l. c. p. 5.

205) *Leuret* l. c. p. 240. §. 1259. „On doit avoir attention que les bandes, roulées autour du corps, ne gênent pas la respiration; ce qui seroit très-préjudiciable, sur tout aux enfans foibles, délicats, & soupçonnés de n'être pas tout à fait à terme.“

Cl. Siegel l. c. p. 25.

206) Quod in animalibus observavit *Bucquet* Mém. de la soc. royal. de Méd. T. I. 1776. p. 177. 207.

207) *Armstrong* account of the diseases most incident to children from their birth, till the age of puberty. Lond. 1777. p. 15.

208) *Chemnitzius* l. c. §. XVII. p. 14.

209) Nov. act. nat. cur. T. I. p. 70.

Brouzet Ess. sur l'éducation medic. &c. p. 37. & seq. in not.

eunt quidam, ut Cel. *Plenk*²¹⁰⁾, pulmones horum fœtuum esse ad respirandum nimis debiles, sed forte aëris dephlogisticati usus pulmonibus hisce debilibus magis conveniret, quam aëris communis, atmosphærici.

Universim vero ejusmodi fœtus calorem²¹¹⁾, balnea tepida &c. ex vino²¹²⁾ requirunt; ab aëris & frigoris injuriis arceantur, locoque quieto ferventur²¹³⁾; inspirent aërem purum, dephlogisticatum, talibusque utantur remediis, quæ motum humorum promovent, augent. Forte minimus, repetitus electricitatis usus hisce optime conducere, si ex analogia concludi licet²¹⁴⁾,

el. *Ploucquet* l. c. p. 130. „*Es sind Beyspiele von siebenmonatlichen Geburten vorhanden, die das männliche Alter erreicht haben.*“

Cel. *Hagen* l. c. T. II. p. 228. „*Leibesfrüchte von 7-9 Monaten können leben, und wenn günstige Umstände zugegen sind, zu vollkommenen Kindern erwachsen.*“

Bucholz *Beyträge zur gerichtl. Arzneyk. und med. Polizey.* 1783. T. II. p. 104. in sectione fœtus semestris, qui per 50 horas post partum vixit, invenit pulmones aëre fere repletos.

III. *Wrisberg* experimenta instituit cum fœtibus semestribus, multosque per dies aliquot vivos servavit.

210) l. c. p. 390.

211) *De Sauvages* l. c. T. II p. 321.


212) „*Frequentiori lotionum cum vino mirum in modum restaurantur infantes etiam immaturi, quando in his eodem tempore, & sæpius per diem lavantur tempora, pectus, & spina dorsi, atque interdum ori modicum vini cum saccharo inditur, ut & acetum prunis vel candenti ferro inspersi vapor tenellos mire juvat.*“

Cl. *Siegel* l. c. p. 5.

213) *Brouzet* *Essai sur l'education des enfans.*

214) *Achard* *mémoire, sur une nouvelle maniere de faire éclore les oeufs au moyen de l'électricité* p. 33. in *nov. mémoires de l'acad. roy. des sc. & belles-lettres de Berlin.* 1780.







DISTANCE

SOME TIGHT
GUTTERS

